# APOLLINARIS

COMMENTARIUS INSTITUTI UTRIUSQUE IURIS

DIRECTOR

PETRUS TOCANEL

CONSILIUM DIRECTIONIS

PIUS CIPROTTI - ANASTASIUS GUTIERREZ - XAVERIUS OCHOA

CONSILIUM REDACTIONIS

IOSEPHUS CASTAÑO - HONORATUS BUCCI

LIII 1980 1-2

INSTITUTUM UTRIUSQUE IURIS

PONTIFICIAE UNIVERSITATIS LATERANENSIS

# STATUTES OF THE SYNODS OF PRAGUE, 1380-1386

## X. STATUTA SYNODALIA (?) *
## (Praga, 16.VI.1380)

Ienzo et Przibislaus, vicarii in spiritualibus reverendissimi in Christo patris et domini, domini Iohannis, archiepiscopi Pragensis, apostolice sedis legati, generales, universis et singulis prelatis et clericis secularibus iure ordinario eidem subiectis salutem in domino sempiternam.

Cum percussiones corporales, ut sunt fames, pestilencia, guerre et alia letifera flagella divina, propter iniquitatum nostrarum multitudinem, quarum non est <numerus>[a], pervenire non ambiguntur[b], compositum[c] est et summe necessarium placari per bonorum operum exhibicionem divinam misericordiam divertendo a malis et bona faciendo.

[1.] Quapropter vobis omnibus et singulis decanis, plebanis et capellarum rectoribus ac clericis secularibus et religiosis iniungimus et in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus, quatenus singulis feriis vi e infra hinc et festum sancti Luce evangeliste processiones cum cantu pro peccatis cantu consueto et septem psalmis circum ecclesias vestras vel alias, ubi expedire videritis, cum populo vobis subiecto faciatis, quem populum ad oraciones devote faciendas ac placandum divinam misericordiam diligenter informetis et in vestris exhortationibus inducatis, nullam negligenciam committendo, vosque et populus vobis subiectus in ipsis vi feriis ieiunando tantum duobus ferculis contenti sine fraude, ut divina clemencia considerata humiliacione et devocione vestra, ac condigne peniten-

---

* Cfr. *Apollinaris* 52 (1979) 495-527.

[a] *add Höf*

[b] ambigitur *corr Höf*

[c] *sic cod*

cie operibus inclinata, plagas predictas a nobis pro sui nominis gloria misericordier evertere dignetur.

[2.] Cum merito ex debito iniuncti officii indempnitatibus ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum, quantum in nobis est, providere teneamur et desideramus, quantum nobis conceditur ex alto, vobis dominis decanis in virtute sancte obediencie et prestiti iuramenti districte precipiendo mandamus, quatenus cum aliquos plebanorum seu beneficiatorum in decanatu<u>m vestrorum districtibus infirmari contigerit, ipsos accedatis et hortemini, ut in tempore confessionem faciant de commissis ac se faciant procurari ecclesiasticis sacramentis inventariumque de rebus quas possident dari vobis faciant, vel ipsemet conscribatis, ne materia sit prout, proh dolor, inolevit eas distrahendi, et si dictos plebanos vel beneficiatos <de> vita decedere contigerit, de ipsis ecclesiis vel beneficiis vos auctoritate presentis statuti intromittatis pro custodia eorundem res relictas per decedentem fideliter conscribendo et conservando, corpus defuncti, primum vocatis vicinis plebanis, honeste secundum statum sepeliendo providentes ne populus in exhibicione sacramentorum et officii divini aliquatenus negligatur usquequo qualiter agere debeatis a domino nostro archiepiscopo vel nobis aliquid aliud receperitis in mandatis.

[3.] Et quia ee[d], que sepius recitantur ordinaciones[e] memorie accomodantur, propter incuriam multorum, desidiam et excessum, qui quamquam nescientes uti concessis captant inconcessa et ex temeritate quadam concedunt non facienda et deficiant in faciendis, sane deliberacione previa fuit in concilio provinciali statutum super exequendis mandatis aptis modo et via ipsorum, quod quidem[f] statutum, cum raro relegatur, venit apud quosdam in abusum generans gravamina et pericula plurimorum, unde duximus presentibus statutis, prout olim statutum fuit, renovandum, mandantes secundum sui puncta firmiter et diligenter observari in virtute obediencie sancte, cuius tenor per omne dinoscitur esse talis: «Fraudibus impetratum etc» [1],

---

[d] *ita cod P*
[e] oraciones *cod P*, ordinaciones *corr Höf*
[f] quidam *Höf*

[1] Cf. *Statuta provincialia 1349*, c. 3 (ed. R. Zelený, p. 502-503).

adiicientes quod nullus ad requisicionem cuiuscumque ignoti iudicis se delegatum vel subdelegatum sedis apostolice asserentem aliquam citacionem seu publicacionem processuum quorumcumque audeat facere, nisi sibi prius de iurisdiccione ipsius per ostensionem bulle apostolice vel transsumpti auctoritate ordinaria per manum publicam facta fuerit plena fides. Ut autem de citacionibus factis et processibus executis constare possit, iniungimus decanis et parochialium ecclesiarum rectoribus et plebanis, ut quilibet eorum proprium <sigillum?> infra mensem a presencium publicacione numerandum habere teneatur sub pena unius fertonis[g] grossorum Pragensium fabrice cathedralis ecclesie persolvenda.

Datum Prage anno domini MCCCLXXX die XVI mensis iunii.

## XI. STATUTA SYNODALIA (Praga, 18.X.1380?)

Infranotati[a] articuli mandantur vobis omnibus et singulis a[b] reverendissimo[c] in Christo patre et domino, domino[d] Iohanne, sancte Pragensis ecclesie archiepiscopo[e], apostolice sedis legato[f], cum omni diligencia observari[g].

Et[h] primo mandatur[i], ut[k] processus[l] contra et adversus Conradum de Wessel, olym decanum Wyssegradensem[m], qui supersticiosis et falsis[n] suggestionibus fidelium inficit corda[o] et signanter curiensium et simplicium personarum ipsis ingerens diffidenciam in dyocesi Pragen-

---

[g] fereonis *Höf*

[a] Infranominati *S*, Isti nominati *Z*
[b] a *om G*
[c] archidiaconis *L*
[d] domino *om L*
[e] archiepiscopo sancte Pragensis ecclesie archiepiscopi *L*, archiepiscopi *G*
[f] sedis apostolice legati *G* legatus *L*
[g] observatis *G*, observantes *L*
[h] Et *om Z*
[i] vobis *add L*
[k] quod *GL*, quoad *Z*
[l] excessus *G*
[m] Wyssyegradensem *L*
[n] falsis *om G*
[o] corda inficit *Z*

si et Olomucensi[p] predicans[q] aperte Gewenensem verum apostolicum dominumque[r] papam nostrum Urbanum[s] apostaticum in vestris ecclesiis publicentur per vos[t] singulis diebus dominicis[u], quando affuerit populi[v] multitudo, prout moris est, et insinuetur[x] tamquam excommunicatus et[y] anathematisatus contemptorque clavium denunccietur[z].

## XII. STATUTA PROVINCIALIA (Praga, 29.IV.1381)

Ioannes, dei gratia sanctae Pragensis ecclesiae archiepiscopus, apostolicae sedis legatus, universis praelatis, capitulis, abbatibus, praepositis et conventibus quorumcumque ordinum, plebanis, ecclesiarum rectoribus et caeteris christifidelibus tam religiosis quam saecularibus per Ratisbonensem[a], Bambergensem et Misnensem dioeceses, legationis iure nobis subditas[b], constitutis, salutem in domino sempiternam et infrascriptorum mandatorum ac iugi studio et exacta diligentia frequentiam salutarem .

Gloriosus deus et in suis donis semper magnificus, qui sua largiflua bonitate caelestia et terrestria disponens per suorum incrementa donorum sanctam Pragensem ecclesiam, cuius regimini ipso donante, quamvis immeriti[c], praesidemus, per singulos gradus praenunciat, dum ipsa per intercessores et merita beatissimorum patronorum Boemiae de virtute ambulat in virtutem, et de nobili praerogativa archiepiscopalis ecclesiasticae praelaturae iam dudum sub felicis re-

---

[p] Pragensi et Olomucensi diocesibus *G* eciam Pragensem et Olomucensem dyoceses predicans *S*, Pragensi et Olomucensi diocesim *Z*
[q] predictis *G*
[r] dominum quem *G*
[s] Urbanum papam *G* apostolicum nostrum Urbanum papam S, nostrum Urbanum papam *Z*
[t] per vos publicentur *GSZ*
[u] dominicis diebus *G*
[v] populi affuerit *G*, populi fuerit *Z*
[x] insinuentur et *GZ*
[y] et *om L*
[z] condempnetur *Z*

[a] Ratisponensem *Har*
[b] subditos *P¹*
[c] inmeriti *P¹*

cordationis domino Urbano papa v gradum conscendit altioris praeeminentis dignitatis.

Sane olim recolendae memoriae Arnestus, primus archiepiscopus Pragensis, praedecessor noster, in sua provincia extirpatis vitiis volens platare virtutes quaedam statuta provincialia ad modum et instar decretalium per articulos edidit et rubricatas, in quibus pro[d] reformatione morum in subditis de honestate clericorum et vita ac[e] statu ipsorum, ac etiam de iudiciis et contractibus succincte, iuridice et pulcherrime sunt statuta, ut[f] nedum simplices et iuris canonici et civilis notitiam non habentes, verum etiam provecti possent in statutis huiusmodi absque alia revolutione[g] librorum multa tamquam in ortulo colligere salutifera documenta.

[1.] Nos itaque in partem sollicitudinis superna dispositione vocati, ex iniuncto pastorali officio[h] fructum in domo domini facere cupientes, attendentes praesertim, quod ratione legationis in omnes ecclesiarum saecularium et regularium rectores, clericos et praelatos sine personarum et ordinum differentia et delectu[i] utpote apostolicae sedis vicariatus iurisdictione, paucorum et brevium statutorum ac cum libello, qui *De tribus punctis christianae religionis* communiter appellatur <observantiam> ad praedictas Ratisbonensem[k], Bambergensem et Misnensem dioeceses praesentibus duximus extendendam volentes et in virtute sanctae oboedientiae districte pracipiendo mandantes, ut domini episcopi dictarum dioecesium et abbates copiam eorundem infra duorum mensium spatium et infra alios sequentes tres menses omnes et singuli alii praelati, decani collegiatarum, seu priores principales conventualium et regularium ecclesiarum et monasteriorum de cancellaria nostra recipiant et habere cum effectu procurent, alioquin contra eos ad poenas canonicas deo nobis propitio procedemus, volentes nihilominus, ut in habendo, legendo et tenendo[l] statuta praedicta modus talis per omnia teneatur, sicut in prohemio praefati praedecessoris nostri clarius continetur, praefatique domini episcopi archidiaconos rurales suarum dioecesium, qui forte

---

[d] de *Har*
[e] et $P^1$
[f] et *Har*
[g] revolvitione $P^1$
[h] pastoralis officii $P^1$
[i] defectu *Har*
[k] Ratisponensem *Har*

propter pericula ad hoc sanctum concilium vocati non sunt, adhibendi memorata statuta in omnibus suis punctis et articulis infrascriptis iuxta ipsorum arbitrium observantiam cogere studeant. Nos enim intendimus ea quae praemisimus auctore domino ad executionem debitam perducere et debito effectui mancipare. Prohemium ergo statutorum, de quibus supra fit mentio, sequitur et est tale: «In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Arnestus, dei et apostolicae sedis gratia etc. Rex magnificus, qui facit mirabilia solus etc»[l].

[2.] Licet sub rubrica *De festivitatibus celebrandis*[2] inter alia statutum esse noscatur, quod festum gloriosissimi ducis et martyris Wenceslai debeat celebrari, prout nedum in Pragensi, Olomucensi et Luthomislensi[m] dioecesibus, verum etiam in regno Daciae miraculose, ut pia tenet fidelium credulitas, a christifidelibus celebratur, quia tamen poena non est in non celebrantes specialis expressa, possent fortasse clerus et populus Ratisbonensis[n], Bambergensis et Misnensis[o] dioecesium in celebratione huiusmodi esse desides et remissi. Idcirco hoc sacro provinciali et legationis nostrae concilio approbante, statuimus et ordinamus, ut dies passionis tantum sanctissimi martyris supradicti, qui suo glorioso triumpho martirii hanc patriam et alias regiones vicinas multis honoribus sublevat et extollit, qui quidem dies in vigilia diei angelorum, quae fastum sancti Michaelis dicitur, annis singulis perpetuis temporibus sub officio duplici et cum omnimoda abstinentia a ferialibus operibus sollemniter celebretur, et eius officium, nocturnum atque diurnum, cum historia sub nota in cancellaria nostra recipiatur cum effectu. Et quia plus timeri solet quod specialiter praecipitur quam quod generaliter imperatur, omnibus praelatis, plebanis et curatis ac aliis plebium curam gerentibus, quibus datum est proponere verbum dei, in virtute sanctae oboedientiae praecipimus et mandamus, quatenus singulis annis aliquo die dominico vel festivo diem sancti Wenceslai praedicti per sex vel plures dies

---

[l] reverendo *Har*
[m] Luthomirensi *Har*, *P*[1] *ante corr*
[n] Tarisponensis *Har*
[o] Missnensis *Har*

[1] Cf. *Statuta provincialia 1349, prologus* (ed. R. Zelený, p. 500).
[2] Cf. *Statuta provincialia 1349*, c. 55 (ed. cit., p. 528-529).

praecedentes hoc ipsum per se vel alios plebibus suis insinuent et iniungant.

[3.] Item ad rubricam *De haereticis et schismaticis*[3] duximus adiungendum — dolenter enim referimus, quod in dioecesibus supradictis, prout certa relatione percepimus, insunt haereses multum pestiferae et signanter in[p] secta Sarraboytarum et illorum rusticorum Waldensium damnatorum, et quia domini episcopi, ad quos directe pertinet suas dioeceses purgare <a> malis hominibus, in huiusmodi negotio sanctae fidei sunt negligentes plurimum atque tardi parcentes fortassis expensis et inquisitorem[q] haereticae pravitatis non habentes — nos de fratrum nostrorum consilio hoc sacro approbante concilio duximus statuendum, ut praedicti domini episcopi contra tales pestiferos per se vel inquisitores instituendos ab eis diligenter invigilent et attendant, ad quod ipsos per viscera misericordiae dei et per sponsionem sanguinis Iesu Christi praesentibus excitamus et invitamus et nihilominus ipsos in virtute iuramenti, quod in sacra episcopali solemnitate praestiterunt, commonemus et ad cor reducimus, ut si in dicto sancto negotio resistentiam aliquam, quod absit, fortassis habuerint, ad nos confidentes refugiant, ut nos, videlicet per auxilium et brachium magnifici, serenissimi et invictissimi principis domini Wenceslai, Romanorum et Bohemiae regis inclyti, divina in omnibus gratia praecedente, oportuna remedia adhibere in domino valeamus: alioquin ipsorum dominorum episcoporum negligentiam deo nobis auctore supplebimus et inquisitionem in dictis dioecesibus per nos ipsos curabimus deputare.

[4.] Item manifestum est, proh dolor, et experientia publica notorium habetur, ubique[r] quod nonnulli fautores Roberti antipapae Gebenensis, quidam latenter, alii publice praedicant et etiam dogmatizant sanctissimo domino nostro Urbano papae VI, quem constat esse successorem beati Petri et vicarium Iesu Christi, mordaciter detrahentes, quorum Gebenensis et sui sequaces iniqui litteras et epistolas ambitione plenissimas praeferunt, portant et spargunt, nos cum

---

p in *om Har*
q inquisitionem *P*[1]
r ubique *add P*[1]

3 Cf. *Statuta provincialia 1349*, c. 69 (ed. cit., p. 705-706).

praefato domino nostro, ut membra capiti et ut filius patri realiter compati cupientes statuimus et amodo mandamus, ut omnes episcopi legationis iure nobis subiecti dictos schismaticos et fautores, litterarum portatores et dantes eis consilium, auxilium vel favorem, quos scienter vel de hoc infamatos esse repererint[s], capiant et captivari procurent ipsorumque captivationem infra XIV dies nobis vel nostris in spiritualibus vicariis studeant intimare et in praemissis taliter se habeant, ut a deo mercedem perpetuam et a domino nostro summo pontifice ac nobis, eius vicario, gratam vicissitudinem valeant obtinere. Abbates vero, praepositi et decani et alii ecclesiarum praelati, si quos tales cognoverint, ipsos suis episcopis infra VIII dies[t] postquam sciverint denuntiare studeant et eorum nomina, conditiones et loca verbo vel scripto designare.

[5.] Praeterea intelleximus et nimis graviter portamus, quod in aliquibus dioecesibus consuetudo talis prorepsit, quod locorum ordinarii, ad quos beneficiorum erectio pertinet de consuetudine vel de iure, beneficia ipsa, quae de novo fundarunt, de censibus illicitis, usurariis et usuras omnino sapientibus erigunt atque creant, nam ut praefertur, pecunias[u] super certis possessionibus vel pensionibus mutuant fundatores sub conditionibus reemendi, de quibus pensionibus taliter et omnino incertis[v] et pravis beneficia petunt erigi et creari. Nos huic malo et pernicioso obviare volentes exemplo, attendentes praesertim quod huiusmodi erectiones[x] de talibus redditibus vergunt in interitum animarum et propter vicissitudinem eorundem nulla sunt stabilitate subnixa, statuimus, ut nullus christifidelium de talibus redditibus beneficia fundare valeat vel dotare ordinariis etiam in virtute sanctae oboedientiae et praestiti iuramenti districte praecipiendo mandamus, ut nullus eorum talia beneficia praesumat facere, erigi vel creari[y], sed fundatores ipsorum ab huiusmodi facto sub obtestatione divini iudicii studeant divertere. Nos enim, si secus factum fuerit, decernimus irritum et inane, volentes, ut praedicti redditus taliter

---

[s] reperirent *P1*
[t] epistolis infra dies viii *P1*
[u] pecunia *P1*
[v] incertis *P1*
[x] excitiones, *corr* rectiones *P1*
[y] creare *Har*

deputati illis, quorum quo ad ... existunt, dominium, fructibus computatis in sortem reddant et sine difficultate qualibet assignentur.

[6.] Item fertur et experientia probatur, quod in dictis dioecesibus monachi quorumcumque ordinum passim et indifferenter ad parochiales ecclesias praesentantur et per ordinarios instituuntur in eis, propter quod magna pericula occurrunt animarum et pluribus episcopalibus et archidiaconalibus <iuribus> plurimum derogatur. Cum ergo illud sit iuri communi contrarium et ab omnibus moribus alienum, statuimus ut nullus episcopus vel alius, ad quem institutio vel destitutio nostra pertinet, quempiam religiosum ad ecclesiam parochialem per saecularem clericum regi solitam, confirmare vel instituere praesumat, nisi fortassis esset canonicus regularis aut sancti Benedicti ordinis, cum quo posset episcopus dispensare, vel si parochia ipsa per religiosum tanto tempore gubernata fuisset, de cuius contrario memoria hominum nullatenus haberetur.

[7.] Item fama referente dicimus, quod monachi et religiosi, qui velle aut nolle non habent, et[z] propter professionem omnino abdicaverunt grangias, curias et possessiones temporales, seu castra amicorum, nec etiam aliorum gubernatione reguntur, se temporalibus et saecularibus immisceant[a] negotiis in scandalum plurimorum. Nos huic periculoso morbo celeriter occurrere cupientes omnes episcopos, abbates et alios ipsorum praelatos obsecramus in domino ipsis nihilominus in remissionem peccatorum iniungimus et in virtute oboedientiae praecipimus et mandamus ipsorum officium excitantes, ut tales monachos infra duorum mensium spatium a notitia praesentium ad monasterium studeant revocare et pro execessu praeterito poenitentiam iniungere salutarem.

[8.] Item sub titulo *De officio ordinarii*[4] talia adiicimus[b]: Praesenti cum suspirio et amaritudine cordis dolenter referimus, quod parochialium ecclesiarum rectores, qui dioecesis pastores communi vocabulo nuncupantur, et eorum superiores, quibus visitationis, correctionis et praedicationis officim competit de consuetudine vel de

[z] aut *Har*
[a] immiscent *P1*
[b] adiecimus *P1*

[4] Cf. *Statuta provincialia 1349*, c. 13 (ed. cit., p. 507-508).

more, in tantum sunt de neglectu culpabiles, quod fortassis, ut verisimiliter formidamus, de ipsorum manibus subditorum sanguis et animae requirentur. Nam pro vero dicimus et hoc ipsum quoque experientia sensuali comperimus, quod eorum subditi usuras, divinationes, sortilegia, interpretationes et alia superstitiosa pariter et nefanda impune et libere exercere praesumant. Clerici etiam in sacris constituti et ecclesiarum parochialium regimini praesidentes concubinas publice tenent in domibus et alias in tonsura et in habitu taliter inhoneste se gerunt, quod fiant in scandalum plurimorum. Nos talibus animarum periculis, quantum est nobis ex alto concessum, obviare volentes, statuimus et apostolica et provinciali auctoritate mandamus, quatenus hi, qui de iure vel de consuetudine visitare tenentur suos subditos, infra tres menses a data praesentium incipiant visitare et[c] visitationem ipsam ea correctione et reformatione salubri studeant sine intermissione qualibet consummare. Provideant insuper, ut populus laicalis oratione dominica et symbolo sit sufficienter instructus, et quod sacramenta ecclesiastica munde et sine pravitate symoniaca[d] ministrentur, presertim contra usurarios per denuntiationes ac censuras ecclesiasticas viriliter et intrepide procedere non obmittant, alioquin si praefati praelati[e], quibus competit visitatio, per se[f] vel alios non inceperint, ut praemittitur, visitare, ipsos et eorum quemlibet dicto tempore elapso, quod eis pro monitione canonica duximus statuendum...[g].

[9.] Ut autem nullus ignorantiam praemissorum possit praetendere quovis modo, volumus et mandamus, ut omnes episcopi, abbates, praepositi, decani et alii praelati dioecesium praedictarum copiam cartae praesentis infra tres dies in cancellaria nostra recipiant cum effectu.

Datum Pragae anno domini MCCCLXXXI die penultima mensis aprilis.

---

[c] et *om Har*
[d] munde - symoniaca *om Har*
[e] praelati *om Har*
[f] sese *Har*
[g] *sic P*[1] *Har*

## XIII. STATUTA SYNODALIA
## (Praga, 16.X.1381)

Iohannes[a], dei gracia <sancte Pragensis ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus>[b], universis prelatis, ecclesiarum parrochialium rectoribus et plebanis per provinciam Pragensem constitutis ac omnibus, quibus datum est proponere verbum dei, salutem et sinceram in domino karitatem.

Iniuncte nobis sollicitudinis cura requirit, ut viciis extirpatis ac propulsis erroribus virtutes plantemus et bonorum operum incrementa, quantum nobis ex alto concessum est, procuremus.

[1.] Sane licet tam divino iure quam humano, ac novissime eciam per statuta sinodalia et provincialia contra usurarios pestiferos diversa et sufficiencia manaverint instituta, quia tamen huiusmodi usurarum[c] nephas horrendum et detestabile, prout audivimus et certo sumus cercius informati, hodie nedum per populares verum eciam per magni status homines multimodis quesitis[d] et fucatis coloribus, quod dolenter referimus, frequentatur, propter quod ab ipsis Iudeis et aliis infidelibus in improperium nobis obicitur et fidelium cordibus in dei ecclesia scandala gravantur.

[i.] Sunt enim nonnulli, qui militibus et militaris condicionis hominibus pecunias mutuant et concedunt ita et taliter, ut eis certa sint servitute[e] obnoxii donec pecuniam retinent taliter mutuatam, et dum ab huiusmodi servitute se voluerint liberare, tunc demum sunt liberi, quando dictas pecunias serviciis non computatis in sortem restituerint plenarie et in totum.

[ii.] Item sunt et alii, qui pecunias ea paccione comprestant, quod eis desuper censum annuum exsolvant asserentes erronee quod pro X vel XV sexagensis unam sexagenam censuare in anno non sit mortale peccatum, cum tamen in veritate super pecuniis nullus cen-

---

[a] Contra usurarios *tit alia manu add C,* Statutum Iohannis archiepiscopi Pragensis de usurariis et de sacerdotibus sine formatis ad missas legendas a parochis in ecclesiis non admittendis *tit add Höf*

[b] *om et add* etc *C Höf*

[c] usurarii *Höf*

[d] et quesitis *Höf*

[e] certae sint servitiae *Höf*

sus possit[f] constitui quantumcumque modicus sive parvus.

[iii.] Item sunt plures[g], qui pro pecuniis mutuatis iura, redditus, possessiones ac utilitates pignore[h] recipiunt et tamdiu fructibus non computatis in sortem detinent occupata, donec eis pecunia integre persolvatur et ad excusandas[i] excusaciones in peccatis quasdam[k] in litteris contractus vel suis ordinacionibus adiciunt clausulas pro suis iustificandis contractibus, quas ad presens duximus silencio committendas.

[iv.] Quocirca mandamus vobis et in virtute sancte obediencie precipimus et nichilominus in remissionem peccatorum vobis iniungimus, quatenus hec omnia singulis diebus dominicis hinc usque ad futuram[l] synodum[m] pro predicacionibus vestris populo cum detestacione efficaciter proponatis significantes et affirmantes omnes et singulos debitores ad pacta et promissa huiusmodi, cum sint naturali et divino iuri contraria, presertim cum per condiciones et clausulas salvari non possint aliquatenus[n], non teneri. Hoc idem in confessionibus enucleare fideliter studeatis. Nos enim tales debitores nuncciamus in dei nomine absolutos et intendimus contra frequentantes tales contractus auctore domino efficaciter providere[o].

[2.][p] Preterea quamvis multociens mandatum fuerit et preceptum, ut parrochialium ecclesiarum rectores nullum pro vicario ad execucionem sacerdotalis officiis sine litteris testimonialibus ordinis, que vulgo formate dicuntur, recipere debea<n>t[q], qui[r] tamen preceptum huiusmodi non servant[s], ymmo compertum est quod quidam plebani quosdam apud se missas legere permiserunt, qui nedum formatis huiusmodi caruerunt, sed, quod flebilis est, non habito sacer-

---

[f] possint *C Höf*
[g] nonnulli *canc C*
[h] pignogi *? C*
[i] excusandos *Höf*
[k] quosdam *Höf*
[l] adfuerint *? C*
[m] hinc - synodum *in marg C*
[n] presertim - aliquatenus *in marg C*
[o] Datum Prage anno domini M°ccclxxi° die... mensis *canc C*
[p] Contra non habentes formatas *tit add C*
[q] debeat *C*
[r] quod *Höf*
[s] servatur *C*, servatum *Höf*

docii ordine missas legere ydolatrando presumpserunt.

[i.] Quapropter in virtute prestiti iuramenti mandamus, ut nullus de cetero quempiam, quantumcumque sibi notum, in ecclesia sua missas permittat legere vel cantare, nisi se sacerdotem legittime ordinatum per huiusmodi formatas esse docuerit cum effectu.

[ii.] Ut autem plebani presens mandatum possint liberius adimplere, omnibus presbiteris noviter ordinatis sub pena suspensionis mandamus, ut formatas ipsas infra sex dies a die ordinacionis sue in cancellaria nostra recipere cum effectu studeant et habere.

Datum Prage anno domini M°ccclxxxi° die xvi mensis octobris.

## XIV. STATUTA SYNODALIA
## (Praga, 16.VI.1384; *1380-1384*)[a]

*I*

[1.] Anno domini M°ccclxxxiiii° die proxima post festum sancti Viti in sancta synodo per reverendissimum in Cristo patrem et dominum, dominum Iohannem, sancte Pragensis ecclesie archiepiscopum, mandatur omnibus et singulis decanis, plebanis ac aliis clericis cuiuscumque condicionis seu status fuerint per dyocesim

*GHLMNRSZ*

Infranotati articuli mandantur[b] vobis omnibus et singulis a reverendissimo in Christo patre et domino, domino Iohanne, sancte Pragensis ecclesie archiepiscopo, sedis apostolice legato[d] cum omni diligencia observari[e]. Primo[f] mandatur[g], ne[h] clerici cuiuscumque condicionis, status, dignitatis aut preeminencie[i] existant, ioppis[k] de[l]

---

[a] Sequitur alia tabula sinodal<is> *tit add I*, Statuta sinodalia et mandata per dominum Iohannem, archiepiscopum Pragensem *tit add II*, Incipiunt statuta et mandata synodalia, primo per reverendissimum patrem et dominum Iohannem, archiepiscopum Pragensem et per suos successores *tit add N*, Anno domini M°ccc°lxxi° *add R*

[b] mandatur *om GM*

[c] ac *GM*

[d] legati *G*

[e] observatis *G*

[f] Secundo *GLSZ*

[g] Primo mandatur *in marg*, Item *add R*

[h] ut *Z*

[i] preeminencia *L*

[k] iospis *M*

[l] de *om MN*

Pragensem constitutis in virtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis ne tunicas a tergo scissas et ioppas seu tunicas albas et carbonibus desuper denigratas in modum laycorum deferant.

retro scissis et apertis et[m] signanter albis[n] ad modum secularium[o] tinctis[p] nigredine[q] utantur[r].

[2.][s] Item mandavit eis, ne capucia nodata involventes ea seu circumligantes cum liripipiis loco mitre deferant.

Simili modo precipitur, ne capuciis[t] botonatis[u] seu[v] nodulatis[x] aut alias[y] ad modum secularium in[z] superficie capitis liripipiis[a] obvolutis et circumductis[b] ad modum[c] mitre seu bireti utantur[d].

*GHLMNRSZ*

[3.] [e] *Item quod decas super cingulos[f] dependentes in collis[g] non deferant[h], calceis rostratis, ludis tasserum, visitacione[i] thabernarum et corearum[l] et alias[m] inercium[n] a iure vetitorum[o] omnino[p] non*

---

[m] et *om GLS*
[n] albis *om Z*
[o] flammam ? *L*
[p] tunicis *GS*, iunctis *M*
[q] ingrediencie *L*
[r] non utantur *Z*
[s] De capuciis *tit add N*
[t] cepuciis *L*, capuceis *M*
[u] botimatis *M*
[v] sive *LS*
[x] nodonatis *L*
[y] aliis *GMN*, et circumductis *M*
[z] in *om S*
[a] rerepipiis *L*, relipipiis *MZ*
[b] circumdatis *HN*
[c] aliis - ad modum *om G*, nodulatis aut alias ad modum mitre *R*
[d] scituri quod non (nisi - *H*) a predictis destiterint, iudicibus secularibus predicta ab eis aufferendi in puniendo potestas dabitur libera et facultas *add HN*
[e] De decis non utendis *tit add N*
[f] cingulis *SR*
[g] in collis dependentes *L*
[h] De rostratis calceis *tit add N*
[i] visitaciones *G*, visitacionem *HMR*
[l] corearum *om N*
[m] aliarum *Z*
[n] hercin *G*, vericium *S*
[o] vetitorum *G*
[p] omnimode *LZ*, omnimodo *R*

*utantur sciturі*[q] *quod nisi*[r] *a predictis desisterint*[s] *iudicibus*[t] *secularibus predicta ab eis auferendi*[u] *in puniendo*[v] *potestas*[x] *dabitur libera et facultas*[y].

*HN*

[4.][z] *Item clerici habitum et tonsuram clericalem deferant sub pena excommunicacionis. Et quod plebani, prelati et clerici*[b] *non deferant nimis largas manicas et liripipia sub pena predicta et recepcionis tunicarum et*[c] *capuciorum.*

*GLRSZ*

[5.] *Item vicariis in spiritualibus specialiter precipitur, quod a cruciferis Prussie et magistro*[d] *renuncciaciones parrochialium ecclesiarum*[e] *non recipiant nec munus*[f] *confirmacionis nisi ipse*[g] *ecclesie per mortem*[h] *vel alias legittime*[i] *vacaverint sine licencia domini archiepiscopi speciali*[k] *eisdem*[l] *impendant*[m].

*GHLMNRSZ*

[6.][n] *Item cum*[o] *ecclesia Romana, que est mater omnium eccle-*

[q] statutur *sic G*, scitur *L*
[r] non *N*
[s] discesserint *G*, destiterint *HN*, desisterent *L*, desisterintis *sic M*
[t] iuridicibus *L*
[u] aufferentur *L*, aufferenda *MR*
[v] in puniendo *om GZ*, in punire *L*, et premendo *M*, in penam *S*
[x] potestas *om L*
[y] sciturі - facultas *om M*
[z] De habitu et tonsura *tit add N*
[a] De largis manicis et liripipiis *tit add N*
[b] prelati et clerici *add H*
[c] et *om H*
[d] et magistro *om GLRS*
[e] ecclesiarum parrochialium *L*
[f] minus *G*, nichilominus et confirmacionis *Z*
[g] vel ipsi *G*
[h] per mortem *om R*
[i] non legittime *L*
[k] specialiter *RS*
[l] eosdem *L*
[m] impediant *R*
[n] Adventus ieiunium *tit add H*, De ieiunio adventus *N*, De ieiunio adventus Christi *R*
[o] Cum eciam *Z*

*siarum et*[p] *magistra*[q] *tam in capite quam*[r] *in membris deo permittente paciatur*[s], *ut vestris*[t] *ieiuniis et devotis oracionibus prosperetur hortamur*[u] *in domino, quod ieiunium adventus*[v] *omnes et singuli qui valent et possunt et*[x] *precipue qui*[y] *copiam piscium habere vel emere possunt*[z] *cum humilitate*[a] *observent*[b]. *Alii vero, qui propter vitales vel pecuniarios defectus*[c] *dictum*[d] *ieiunium in cibis quadragesimalibus observare non possent*[e] *eisdem*[f] *esus*[g] *ovorum et lacticiniorum seu caseorum*[h] *libere*[i] *permittitur*[k] *et*[l] *indulgetur*[m].

*I*

[7.][n] Item mandatur ne plebani seu eorum vices gerentes per dyocesim Pragensem ludos supersticiosos in plebibus suis admittant specialiter ne in medio qua-

*GHLMNRSZ*

Item quia in[o] nonnullis[p] civitatibus, opidis et villis prava clericorum et laycorum inolevit abusio[q], qui in medio quadragesime ymagines in figura mortis per ci-

---

p sit *HN*
q et magistra *om S*
r quamquam *S*
s paciendo deus periclitatur *sic H*, deo paciente permittatur *M*, deo paciente periclitatur *N*
t nostris *Z*
u hortamini *GL*, item hortamur *Z*
v et adventus *H*, adventus Christi *HN*, adventus domini *Z*
x et *om H*
y hic *add L*
z et precipue - possunt *om G*
a nisi humiliter *L*
b servetur *M*
c propter vicarios vel pecuniarios defectus *L*, vitales defectus vel pecuniarios *HN*, vitales vel pecuniales defectus *G*, pecuniarios et vitales defectus *M*
d dictum *om M*
e possunt *GLSZ*
f eisdem *Z*
g esum *GHLMNRZ*
h lacticinorum seu caseatorum *G*, lacticinorum *HMN*, caseatorum seu lacticineorum *S*
i libera *L*, libere *om M*
k permittimus *HN*
l seu *M*
m indulgemus *HN*, indulgetur auctoritas *L*
n De mortis ymagine *tit add HN*, De hiis qui in media quadragesima portant mortem extra villam *R*
o in *om HLMN*
p omnibus *LM*
q consuetudo inolevit *Z*

dragesime extra portas urbis vel ville ymaginem ad hoc factam in modum mortui cum rikmis, sicud consuetudo prava in quibusdam locis inolevit, efferri permittant. Quosque enim tales invenerit, predicto domino archiepiscopo vel suis administratoribus in spiritualibus pro absolvendis reputent nec coram eis divina peragant donec a prefato domino archiepiscopo vel suis scilicet beneficium obtineant absolucionis.

vitatem cum ricmis et ludis supersticiosis[r] ad flumen deferunt ibique[s] ipsas ymagines cum impetu[t] submergunt[u] in eorum ignominiam[v] asserentes quod mors eis ultra nocere non debeat tamquam ab ipsorum terminis[x] sit[y] consummata[z] et totaliter exterminata. Quare omnibus et singulis ecclesiarum parrochialium rectoribus precipitur, quod cum[a] tales in suis[b] plebibus[c] resciverint[d], mox a divinis officiis[e] tamdiu abstineant, donec dicti[f] prevaricatores lusoresque supersticiosi a domino archiepiscopo penitenciam recipiant[g] pro excessibus[h] condignam et salutarem[i], quorum absolucionem sibi[k] reverendus pater specialiter reservat[l].

---

[r] supersticionibus *H*
[s] ubique *G*
[t] cum impetu *om Z*
[u] submerguntur *G*
[v] ignominia *MZ*, deferunt et cum impetu submergunt ibique ipsas ymagines in eorum ignaviam *S*
[x] cerimoniis *L*
[y] sit *om G*
[z] confirmata *S*
[a] si *S*
[b] ecclesiis suis *L*
[c] plebibus *om L*
[d] restituerint *G*, rescicierunt *M*, rescirent *S*
[e] officiis *om GHMN*
[f] predicti *M*
[g] accipiant *L*, receperint *M*
[h] predictis *add GLRZ*
[i] pro excessibus - salutarem *om S*
[k] sibi *om L*
[l] reverendissimus pater specialiter reservavit et reservat *M*, specialiter dominus archiepiscopus reservavit *LS*, specialiter reverendus pater specialiter reservavit et reservat *R*, specialiter dictus reverendissimus pater reservat et reservavit *Z*

*GHMNRSZ*

[8.][m] *Item quia*[n] *ad*[o] *audienciam reverendissimi patris*[p] *et*[q] *domini*[r] *domini Iohannis, archiepiscopi predicti*[s], *pervenit qualiter archidyaconi in visitacionibus suis*[t] *non ea, que sunt Iesu Christi, sed pocius ea, que sunt questus et turpis lucri*[u] *querunt et*[v] *expostulant et nonnumquam concubinarios propter munera ad nostros vicarios vel correctorem ad hoc specialiter deputatum*[x] *non deferunt, idcirco*[y] *omnibus et singulis Pragensis dyocesis archidyaconis districcius*[z] *precipitur et mandatur, quod dictos*[a] *concubinarios visitent et excessus eorum corrigant cum effectu habentes pre oculis solum deum*[b].

